

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7752

Auteur(s) : Guillaume Corbin [particulier]

Bénéficiaire(s) : Guérin de Brézoles [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1244

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume Corbin vend à Guérin de Brézoles, pour trente livres tournois et à charge d'une rente annuelle de trois deniers, ses droits sur sept arpents de prés qu'il possédait conjointement avec Robert Lefèvre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, B. « De Eodem (= de redditibus denariorum in Corboneto et Francia) », n° LX (« Carta Willelmi Corbin »), p. 102-103.

Texte établi d'après a

Noverint universi presentes litteras inspecturis quod ego, Willelmus Corbin, de assensu et voluntate Johanne, uxoris mee et heredum meorum, vendidi et concessi Garino de Brueroles, Johanne, ejus uxori, et eorum heredibus, pro triginta libris turonensium quas integre habui in pecunia numerata, tria arpenta pratorum in uno anno et quatuor arpenta pratorum in altero anno, que tria arpenta sita sunt inter molendinum Berout et La Cochardere et junguntur ex una parte pratis à la Hoirele et ex altera parte junguntur dimidio arpento quod est Roberti dicti Fabri ; et predicta quatuor arpenta sita sunt inter dictum molendinum et La Cochardere et ex una parte junguntur pratis Richardi de Maris et ex altera parte pratis heredum defuncti Philippi Carrel, militis ; inter becium et Mortuam Aquam sita sunt predicta tria arpenta et quatuor. Que tria arpenta et quatuor communia erant michi et Roberto dicto Fabro. Quorum dictorum trium et quatuor arpentorum medietatem possidet nomine canonicorum ecclesie Omnia Sanctorum de Mauritania. Dicta vero terra et quatuor arpenta ego et dictus Robertus dictus Faber tali modo partiri consuevimus, quod alter nostrum habebat in uno anno tria arpenta et in alio quatuor, ita quod, quando ego habebam dicta tria arpenta, dictus Robertus dicta quatuor arpenta habebat, et e converso. Dicta tria arpenta et quatuor tenenda et habenda dictis Garino, Johanne uxori ejus et eorum heredibus, et jure hereditario in perpetuum possidenda libere et quiete de omnibus serviciis, talliis, auxiliis, revelatione, omnium exactione et rebus aliis ad me et heredes meos et quoscumque alios pertinentibus quoque modo, reddendo exinde tantummodo michi et heredibus meis tres denarios monete corbonensis ad Pascha Domini annuatim. Et ego et Johanna uxori mea et heredes mei dictos tres denarios a dicto G[arino], Jo[hanna] uxore ejus et eorum heredibus requirere tenebimur annuatim. Et ego et Jo[hanna] uxori mea et heredes nostri dicta prata libere et quiete sub dicta forma dictis G[arino], J[ohanne] uxori ejus et eorum heredibus garantizare tenemur et defendere contra omnes. Et proinde converti et retinui sub residuo totius hereditatis mee de dictis pratis servicia quibuscumque debita facienda. Ad hec autem fideliter firmiterque servanda et garantizanda, ut dictum est, ego Willelmus Corbin et Johanna uxori mea dictis Garino et J[ohanne] uxori ejus

litteras istas concessimus et fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari, per quas ad hec tenenda heredes nostros sucessive volumus obligari. Actum anno Domini M° CC° quadragesimo quarto.